Onofrij Leornardi Ribelles v.j. doctoris recognitio in tractatum Franciſci Solſona ad lectorem.

ACcipe candidiſsime lector lucubrationes Franciſci Solſona ſolerti cura, & ingenio circa compilationẽ tractatus capibreuiationis, glomeratas: materiam in quã per vtilem: & cunctis mortalibus neceſſariam. Et licèt per quoſdam ſparſim illa per tractetur: vigilijs tamẽ ſuis compendium quamdiligentiſſimè redegit: opus profecto laudabile: & quidem ingenioſum. Sed quia hominis ingenium rubigine conficitur, vbi non exercetur: vti ferrum: ad exercendũ illud voluntarios labores ſuſcepit ex mandato Reuerendiſsimi domini domini Michaelis Puig, v. j. d. Epiſcopi Elneñ. meritiſsimi. Sicut etenim diligenti cultura pretia prediorum ampliantur, ita ſi negligentius habita ſint, minui ea neceſſe eſt: vt aſſerit jure conſultus Caliſtratus in l. non intelligitur ſ. diui fratres ff. de iure fiſci: ſecutus doctrinam eſt jur. conſul. in l. legatis ornatricibus ff. de lega. iij. in quientis. oẽ artificium per exercicium ſuſcipe incrementũ. Et quia veritas facilius in venitur ſtudio ſcripturæ, quã vera